# Mythologia, Venise, 1567 - X [120-121] : De Chimaera

### Auteur(s) : Conti, Natale

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X**

Mythologia, Francfort, 1581 - X [126-127] : De Chimæra *est une version augmentée de ce document*

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IX**

Mythologia, Venise, 1567 - IX, 03 : De Chimaera *a pour résumé ce document*

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X**

Mythologie, Paris, 1627 - X [126-127] : De la Chimere *est une transformation de ce document*

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X**

Mythologie, Lyon, 1612 - X [126-127] : De la Chimere *est une transformation de ce document*

## Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales


- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).


## Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Venise, 1567 - X [120-121] : De Chimaera, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN : https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1058

## Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567
ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50
Formatin-4
Langue(s)Grec ancien
Pagination305r°

## Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieusesChimère
Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

---

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1058?context=pdf

illum ſemper infeſtarent memoriæ prodiderunt. Nihil enim magis moleſtũ eſt, aut ad perturbandum animum concitatius, quam recordatio præteritorum ſcelerum: nihilq; contra magis confert ad quietem & animi tranquillitatem, quam integritatis & innocentiæ opinio.

### *De Chimæra.*

PER Chimeræ autem fabulam naturam fluuiorum & torrentum præcipuè ſignificarunt; qui ob imbres hybernos, aquarumque copiam, perpetuo propè violentoque curſu delabuntur, fiuntque tanquam leones indomiti & effręnes, cum vero proxima quæque carpant, ſimiles capris habiti ſunt. at cũ ſinuoſis & reflexis ſæpius alueis ferantur in morem viperarum, dicti ſunt extremam partem habere ſerpentum. Hoc monſtrum Bellerophontes Pegaſo inuectus interemit, qui calor ſolis per æſtatem pluuiarum copiam non ita frequenter cogi patitur, quare torrentes exiccantur. At Ethicè.

Per hanc eandem fabulam nos antiqui ab ira omnium monſtrorum turpiſſima, propoſita ita turpitudine eius reuocabant. nam furibundos illos facit, qui illi motui animi exagitantur; oculosq; rubro colore perfundit, quare flammas expirare Chimæra dicta eſt. nullum eſt vitium magis vel honori, vel vitæ mortalium, vel facultatibus infeſtum, quàm ira, quæ omnia vno tempore euertit, niſi ratio illi moderetur. qui ſint huic vitio dediti, non minus à noſtra conſuetudine auertendi ſunt ac deuitandi, quam teterrimi & maxime pernicioſi ſerpentes.

### *De Bellerophonte.*

FINXERVNT præterea Bellerophontem humorem eſſe motu ſolis eleuatum; quoniam aere vi ſolis humectato pars leuior ſurſum elata paulo poſt deorſum demittitur, atque cogitur. cum verò pars ſubtilior ad ignis regionem feratur, pars illa grauior a Ioue deorſum demittitur, quare à Pegaſo deiectus fuit Bellerophon. alii hoc ad totam elementorum naturam, circularemque motum generationis tranſtulerunt. At Ethicè.

Sapienter eſſe humanam vitam tranſigendam demonſtrabant; quia neq; aduerſis nimis triſtari, neque felicibus rebus nimis gloriari opus eſt; quibus omnibus adhibenda eſt animi moderatio, & diuina clementia non minus in proſperis quàm in aduerſis imploranda. qui enim per felicitatem Deum ſibi conciliarit, is ſiquid aduerſi poſtea contingat, eum iam placatũ & adiutorem conſequetur. At ſi quis nimium felicitate rerum præſentium efferatur, neque moderatione vti cognouerit, ille ab omnium ſcelerum, omniſq; arrogantiæ vindice Deo de ſumma felicitate deiicitur.

### *De Rhea.*

AD exprimendam vero terræ naturam, multa fuerunt ab antiquis de Rhea, deque eius ſacrificiorum ritibus memoriæ prodita. eſt autem Rhea vis terræ, quæ ad rerum generationem pertranſit, atque lora quæ ferri & æris ponderibus totam pulſabant, hanc ventis, & imbribus, & grandine, & omnibus quæ de cœlo decidunt pulſari ſignificabant. Hæc dicta eſt in aere pen

Hhhh dere,